

APOPHTHE

GRAMMEXO

PRIMUM

INDEX AVTORVM VNDE

potissimum collecta sunt apophthegmata.

P lutarchi apophthegmata	Suetonius
Plutarchi uita	Probus Aemilius
Plutarchi moralia	Aelius Spartianus & ceteri sequentes
Diogenis Laertij uita philosophorum	Macrobius
Xenophontis uaria opuscula	Herodotus
Athenaei de philosophis	Seneca
M. Tullius	Philostrophus
Quintilianus	Valerius Maximus
Plinius senior	Ammianus
Plinius iunior	Eutropius.
Titus Livius	

*esta conforme al registro publico de clero.
 de 1612 y asi lo fue por particular comision
 en la... de 1615.*

*Thomas...
 esta conforme al registro de 1610.
 ...*

ILLVSTRISSIMO

PRINCIPI IUNIORI GVIL-

helmo, duci Cluensi, Iuliacensi, Montensi, Comiti

Marchie & in Rauenspurgo, &c. DES.

ERASMVVS ROTERODA-

MVS S. D.



QVONIAM priores libellos quos
 mei erga te animi uelut arrabonē qualē-
 cunq; naserā, tam comiter accepisti Guil-
 helme princeps iunior illustrissime, nec tu
 modo, sed & ambo clarissimi patres tui,
 uisum est aliquid & tua nobilitate dignius, & tuis studijs, mi
 fallor, utilius adiungere. Proin ex optimis quibusq; autori-
 bus collegi, que Greci uocāt apophthegmata, hoc est, egre-
 gie dicta, quōd uiderem non aliud argumenti genus princi-
 pi præsertim iuueni magis accommodum. Sunt illa quidem
 scitu dignissima, quæ philosophi de moribus, de Repub. ad-
 ministranda, deq; bello gerendo literis prodiderunt. Sed
 quocuiq; uel priuato tantum est otij, ut apud Platonē So-
 craticarum argutationum, ironiarum & isagogarum am-
 bages ac labyrinthos euoluere uaect? Aristoteles autem co-
 piose quidem scripsit de moribus, sed philosophis scripsisse
 uidetur non principi. Dilucidiora sunt quæ tradidit de re
 economica & politica, sed is uir nusquam non requirit
 lectorem & attentum, & otiosum: ad hæc quoniam affe-
 ctibus caret, non perinde retinet animum principalibus
 curis intentum. Iam in philosophicis & M. Tullij de phi-
 losophia libris pleraq; sunt eius generis, ut non admodum
 referat principem ea scire: quōd genus sunt quæ disputantur
 ab illis de finibus bonorum ac malorum, maiore subtilitate
 quam

APOPHTHE-

GMATA LEPIDEQVE DI-
cta, Principum, Philosophorum, ac diuersi generis homi-
num ex Grecis pariter ac Latinis autoribus selecta, cum
interpretatione commoda, diuili argutiam ape-
riente, per Des. Erasmus
Roterodanum,

APOPHTHEGMATA LACONI- ca secundum ordinem literarum Græcarum

Liber primus.

AGASICLES.



ACEDAEMONII quo-
niam seuciores erāt, ac moribus in-
corruptioribus, belliq; gloriā potissi-
mum spectabāt, contēnebant omneis
artēis quæ ciuium animos uidebātur
emasculare, & à uera uirtute ad
otiosam ostentationem traducere.

Nam & Roma cum adhuc spiraret germanam illam auste-
ritatem, Græculos professores urbe exegit. Hoc genus stu-
dij nulla Græcie pars corruptior erat q̄ Attica, ubi Gor-
gias, Lysias, Isocrates, Prodicus, alijsq; innumeri sophiste
magno cū applausu populi, nec mediocri mercede garriebāt.

alij latius

Cum igitur Agasiclei Lacedæmoniorum regi diceret qui-
dam, admirari sese quòd cum esset auidus discendi, non
adiungeret sibi Philophancem sophistam: regali profus in-
dole respondit, Eorum, inquit, uolo esse discipulus, quo-
rum sum & filius: significās nō uinuis interesse quos nactus
sis

INDEX SENT.

Vota	140.278	Vtilitas	413
Vota morientis	446	Vtilitas uirtute potior	100
Vota qualia	161	Vtilitas ex hoste	355
Vota stulta	213	Vtilitas ex inimicis	603
Vox in bello	403	Vulgi iudicia	551.557
Vox modesta	590	Vulgi nihil sanum	306
Vox tyrannica	432.630	Vulgo nihil recte placet	236
Vrbanc	18.38.49.69.78.80	Vxor casta	345
(252		Vxor eligenda	95
Vrbanitas	273	Vxor humilis	156
Vsq; ad aras	369	Vxor molesta	472.653
Vsus lenit molestiam	222	Vxor quare ferenda	175
Vsus rectus	620	Vxoris reuerentia	448
Vteunq; uincere	371	Vxorum imperium	400

FINIS.

LVGDUNI APVD SEB.

GRYPHVM,

ANNO

M. D. XLVIII.